Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Si dedero somnum oculis meis / & palpebris meis
dormitationem.
Et requiem temporibus meis: / donec inueniam
locum domino / tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus ea in effrata / inuenimus eam
in campis siluae.
Introibimus in tabernaculum eius / adorauimus
in loco ubi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem tuam / tu & arca sanctifi
cationis tuae.
Sacerdotes tui induantur iustitia / & sancti tui
exultent.
Propter dauid seruum tuum / non auer
tas faciem xpi tui.
Iurauit dnus dauid ueritatem & non frustra
bitur eum / de fructu uentris tui ponam super sedem tuam
Si custodierint filii tui testamentum meum /
testimonia mea hec quae docebo eos.